



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Iuramentum ab Examinatoribus præstandum, n. 28.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

¶ sub Adolpho 3. Medio 2. c. deinde vi-  
sum &c. c. quoniam vero &c. c. quoniam  
non oportet. c. mandamus pag. 431. & 432.  
Synodus Coloniensis anno 1612. secunda Octobris  
celebrata, tit. 3.

XXVIII. Quilibet autem Examina-  
torum, antequam recipiatur, præstabit  
coram nostro in Pontificalibus Vicario,  
sequens fidelitatis Iuramentum.

Iuramentum ab Examinatoribus  
præstandum.

Ego N. ad munus Examinis Ordinan-  
dorum assumpsus, iuro ac promitto obe-  
dientiam, reuerentiam & honorem Sum-  
mo Pontifici Romano, ac Reuerendissimo  
Domino N. Archiepiscopo & Principi E-  
lektori Coloniensi, eorundemque Succes-  
soribus. Item iuro & promitto me in eo  
munere, omni humana affectione deposita  
fore fidelem, ac diligenter inuigilaturum,  
ne quispiam indoctus, iniidoneus, alii sive  
qui n. agis destructurus, quam adiutoru-

848

rus effer Domum Dei ad ultimum sacram  
Ordinem suscipiendum à me approbetur,  
sciens quod non solum coram ipso Summo  
Pontifice, ac Reuerendissimo Domino Ar-  
chiepiscopo, sed coram Deo præcipue &  
Pastore Pastorum Christo, eius rationem  
reddere tenear, si in admissione talium la-  
xior fuero. Sic me Deus adiuvet, & hac  
sanctæ Dei Euangelia.

Nullus porro Examinatorum valeat  
sui loco alium substituere, nisi cum no-  
stro, nostrive in Pontificalibus Vicarij  
generalis præscitu & consensu; atque  
præmisso per substitutum simili iura-  
mento.

*Nihil ab Ordinandis etiā sponte oblatum  
occasione examinis vel ordinationis  
accipiendum.*

XXIX. Cum nihil pro collatione  
quorumcunque Ordinum, etiam cleri-  
calis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs,  
aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec  
alia quacunque de causa exigendum sit,  
nec